

Quartum Privilegium Ducis Boleslai, Terre  
Lacrocimensis concessum Anno Domini 1482.

59

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam non Bo-  
leslaus Dei gratia Dux Masovia Rupsie &c. nec non terrarum Pla-  
censis, Wischnens, Lacrocimens, Dominus et hares &c. Significamus  
tenore presentium quibus expedit generaliter universis pre-  
sentibus et futuris, harum notitiam habituris, quod dum fore-  
ventem ac summum cum desiderium, integreque fidei et vir-  
tutis constantiam, diligente meditatione pensavimus, quo  
Magnifici Generosi, Srenni, nobiles, prelati, spirituales et  
Seculares, Barones, milites, proceres, alterij subditi, et incole  
Ducatus Nostri Masovia Terra Lacrocimensis, omnes et  
singuli, erga nos et Rempublicam nobis divina gratia com-  
missam inclinantur et deflectuntur, nostrisque non ex aliqua  
eorum obligatione necessitatibus, sed sponte et benevole se ipsos  
exhibuerunt, et obtulerunt potissime in consentienda contribu-  
tione nobis per quemlibet eorum seorsum, et specialiter per  
unam marcam et eorum emethones per quindecim grossos  
numeri et moneta Cracoviens solutam et contributam, decens  
ac debitum judicamus, ut prefati nostri Ducatus cujuscumque  
status conditionis incole, nostram eis benivolentiam, et gra-  
tiam sentiant munificam, et de aliqua subventionis presi-  
dio liberalem, horum igitur intuitu et aliorum contem-  
platione meritorum, que excelsa dona nostre gratie et muni-  
ficentie non indigent promeruerunt, volentes ipsos condigne  
et grata Mti vicitudine et recompensatione remunerari  
et perpetuis temporibus consolatos efficere.

De confirmatione Jurium et Privi-  
legiorum

Imprimis omnia jura ipsorum litteras et Privilegia ipsorum  
omnibus et singulis et eorum majoribus et predecessoribus,  
nostros per predecessores et majores ab antiquis et superio-  
ribus

ritibus temporibus concessa et donata, presenti nostro privilegio pa-  
trivno ratificamus, approbamus renovamus et confirmamus.

### De pena iednane et vadio.

Deinde omnes Prelatos Spirituales et Seculares nec non Nobiles Ter-  
rigenas, Barones, Milites, et eorum emethones, a tota sive integra  
pena concordie dicta iednane, liberamus, exemptimus, et presenti-  
bus, ex nunc perpetuis temporibus absolvimus, ut quotiescumq[ue]  
prefati prelati nobiles et Subditi nostri, eorumq[ue] subjecti ad iudicia  
terrestria pro quibuscumque causis et ad instantiam quorumcumq[ue]  
personarum, tracti aut conventi fuerint, causasque suas, inter eos  
judicialiter motas per concordiam et arbitrium bonorum Virorum  
litte indecisa sopierint, et concordaverint, toties ipsam penam con-  
cordie alias iednane, nobis et nostris dignitarijs sive quibuscumq[ue]  
officialibus in parte vel in toto minime tenebuntur, verum si post  
primo iuris terminum aut post jurisdictionem concordiam fece-  
rint, extunc partes ipse huiusmodi penam concordie solvere te-  
nebuntur, etiam et penas ratione contumacie iuxta conve-  
tudinem antiquam.

### De terminis generalibus celebrandis.

Ceterum promittimus et pollicemur eidem prelati gener-  
liter omnibus et singulis iam superius expressis terminis no-  
stris Ducales pro quolibet adventu nostro in Lacroczim et contra  
de Warschavia eundo tenere celebrare necessitate nostra speciali  
excepta.

### De oppressione puerorum.

Item saepe numeru contingit quod femina nobiles et plebes  
per Castellatum Lacroczimensem innocenter pro oppressione  
puerorum et suffocatione fetus citabantur preter culpam  
cedementum

et demeritum earum qua inde confundebantur. Statuimus quod ex post et per amplius ipsas mulieres, prefatus Castellanus citari minime audeat, seu presumat, nisi illa oppressio sive suffocatio fuerit publica notoria et manifesta.

De libera venditione frumentorum

Præterea quamvis in Civitatibus consuetudo et Oppidis Nostri Ducatus Masoviae, usq; in hodiernam diem tenta fuit, quod per Capitaneos et Officiales nostros et Cives diebus forensibus, frumenta villanorum, puta siliginis, tritici, avenæ, ordei et cujuscumque grani et seminis detinebantur et arrestabantur, ne hospitibus ad forum venientem libere per ipsos et eorum incolas et villanos venderent, quousq; ipsi Officiales et Cives nostri, pro voluntate et sufficientia suis principalibus comparassent, et emisissent, per quod nobiles et incolæ nostri plurimum gravabantur et damnificabantur. Ideo ad tollendum et abolendum hujusmodi gravamen et nunquam in futurum observandum ipsis nobilibus et incolis Nostri Ducatus, ac eorum emethonibus, damus et concedimus plenam liberam et omnimodam venditionis frumentorum cujuscumque grani et seminis existentium potestatem et facultatem, per eodem ad Civitates oppidag; nostra conductorum, tam per hospites quam per nostros Cives apud eos emere forum, non obstante quavis arrestatione, nostrorum Officialium et Civium impedimento nostra tamen necessitate pregnante semper salva.

Libertas vendendi mercatoribus.

Item damus omnibus hospitibus, pannificis et mercatoribus pannos liberam in ulnam jute tamen incidendi, et mensurandi et piper

et piper atq; alios rudices cujuscunque generis existens in talento  
libram et vendendi facultatem, etiam non obstanti quavis contra-  
dictione officialium et Mercatorum nostrorum, nostris tamen  
proventibus et solutionibus consuetis integri reservatis de hospi-  
tibus provenientes et proveniendis, simul et theloneis.

### De foralibus.

Item foralia ab omnibus hominibus et incolis ad Civitates  
nostras, ad fora venientibus, non majora recipiemus, neque  
officiales nostros recipere permittemus, nisi juxta quod  
privilegium primum continetur a nobis omnibus terrigenis  
dedito et in antiquo Statuto conscripto.

### De peccoribus vagabundis.

Solicitemur etiam omnibus atq; spondemus superius scripte  
terre Lacroumery nobilitus articulum de peccoribus vagan-  
bundis in Statuto conscriptum integraliter et plenarie, per  
nos et nostros Officiales perpetue observandum. Ita tamen quod  
hujusmodi peccora vagabunda capitaneis porrecta, non alibi  
servari debent per Capitaneos et Officiales nostros, nisi in  
prediis et forestis Capitaneorum et Officialium nostrorum  
Qui ipsa peccora vagabunda, pariter equos et equas  
vagabundas mactare aut vendere nullam habebunt fa-  
cultatem, sed ipsa peccora, sic vagabunda, equosq; et equas  
porrectas vel porrigendas, in prediis nostris Ducalibus et  
forestis tam diu servari debet usque ad eorundem equorum  
et equarum mortem et obitum. Quod si aliquis ex nostris Ca-  
pitaneis aut Officialibus sua presumptitate, aliquid pecus  
mactaverit, vel equum vel equam vendiderit. Et tunc talis  
Capitaneus sufficienti victus testimonio, peccus hujusmodi  
mactatum

mactatum, vel equum vel equam venditam, cui interest et cuius pecus fuit, integraliter solvere tenebitur, nihilominus in pena trium sexagenarum, hoc privilegium et statutum transgrediens, puniri et condemnari, Damnum parti patienti debet, hoc specialiter expresso, quod ab huiusmodi pecoribus vagabundis, in predium nostrum et forestam sic ut premissum est porrectis vel porrigendis, non plus forestalium vulgo obozno, recipient, solum ab equo vel ab equa duos, et a bove vacca unum gryssum, monetam in terra curry Qui pecora et equi vagabundi sic porrecti et dati ad predium vel forestam ducalem, illi cuius erunt Capitanei restituere tenebuntur.

### De dimissione furis per Capitaneum

Item si aliquis ex Capitaneis nostris furem, aut aliquem maleficum Republica ex carere turri et captivitate, miserit, aut aliquem alium hominem ad furandum occulte subordinaverit, talis Capitaneus penam capitis illi cui intererit, solvere erit astrictus.

### Littere non debent dari ad iudicia

Item litteras nostras ad iudicia nostra terrestria ad petitionem quarumcumque personarum descripte non habito terrestri, a modo et deinceps minimè dare debebimus.

### Obligatio Principis de non alienandis et obligandis bonis suis.

Item pollicemur et nos ipsos tenore presentium obligamus quod omnia bona nostra Ducalia, villas, oppida molendina, et possessiones quascumque et quascumque pecunias harum contributivum, exactores, ad hoc per nos deputati exemerint et libera fecerint, nulli hominum vendere obligare, donare et alienare in parte vel in toto a corpore et integritate domini volumus, casu quod id usu aliamque fecerimus

fecerimus. Et tunc tales venditiones, donationes, obligationes,  
et alienationes, nullius erunt roboris et firmitatis, eo excepto  
quod omnes donationes et obligationes, in antea et prius  
factas, de consilio nostrorum consiliariorum, volumus in suo  
robore, conservare, et ipsas donationes, perpetuae firmitatis  
habere, robor non obstant eo quod litteras nostras sub medietate  
sigillo concesseramus, et dederamus, quas nihil valere de-  
cernimus per presentes.

### De testibus et fidejussoribus.

Item volumus, et presenti privilegio decernimus, quod pro  
in forestationibus, et ordine terrestris, nullus subditorum no-  
strorum, germanum patruelem, et amicum, fratrem et  
Rivalum in fidejussorem, et testem ponere et inducere debet.

Quilibet pro ordine terrestris respondere  
tenetur.

Item decernimus, quod omnes subditi nostri, iura privilegia  
et libertates coram iudicibus communibus, non respondere  
habent, si fuerint pro ordine terrestris judicialiter ad ter-  
minos communes, tracti et conventi, ibidem iuri parere et  
respondere tenebuntur, privilegia et libertatibus per nos  
eis datis et concessis minime persequentibus.

### De lecturis privilegiorum et solutio- ne eorundem.

Item damus insuper hanc libertatem prefatis nostris  
Baronibus, militibus nobilibus, proceribus et terrigenis  
Terre nostre Sacromontis, ut quotiescumque coram nobis  
iura ipsorum et privilegia, non citatione compulsi,  
juridica

juridica, sed nostro speciali mandato reproducerint et  
monstraverint, toties a lectura Cancellario nihil sol-  
vere debebunt, judiciariis Citationibus qualemcumque  
eis motu signanter exceptis, vigore quarum, dum vocati  
ad judicia fuerint, ad solutionem lecture, et redemptionem  
suorum privilegiorum et jurium Cancellario nostro,  
omnino tenebuntur.

### Approbatio eorundem articuloꝝ

Quos quidem articulos et libertates presenti privilegio insertas  
generaliter omnibus et singulariter singulis nostre Terre Lavo-  
mensis Incolis superius expressis in omnibus suis punctis conditio-  
nibus et clausulis universis per nos concessis et datus approbamus ro-  
boramus et presenti privilegio confirmamus, decernemꝝ ipsi robur  
obtineri perpetue firmitatis. In cuius rei testimonium sigillum  
nostrum majus, de certa nostra scientia presentibus est appensum.

Actum et Datum Warschavie Feria Secunda in Vigilia Sancte

Hedvigis in conventionem generali Anno Domini Millesimo Qua-

dringentesimo Octuagesimo Secundo. Presentibus Magnificis

Strenuis Senecis et Nobilibus Dominis Johanne de Lipa

Wischneuy, Johanne de Radimino Warschaviensy, Ziemak

de Robukow Wishegrudieny, Alberto de Barthgijkiy Lavo-

meny, Jacobo de Golinijno Czechanowieny, Nijno gnijewo de

Czisko Ruczereny Castellanis, Alexio de Nadarzino,

Marschalo, Michaele de Copana Vincerna, Nicolao Dmubizy

de Lawshowo Vexillifery Lavoimem, Jacobo de Laborow Da-

pisfero, Alberto de Laskowo Thesaurario, Nicolao Breusler

dechierze

De Swieciere Subjudice, Michaeli Okunij de Conothopa  
Subpincorna Warschowieny et alius quam pluribus fidelibus  
fide dignis testibus circa premissa scriptis per manus Vene-  
rabilis Magistri Nicolai De Mnischewo Decani Silesensis  
Archidiaconi et Officialis Warschaviens in Ecclesia Posnaniens  
Cancellariique Nostri, qui presentia a nobis habuit in commissis,

Finis Statutorum omnium Ducum  
Dei gratia Terra Masovia